

dis, verum etiam cœcitas rationis intervenerat. Quapropter dudum Viri docti de tempore, quo inchoaverit, de occasione, per quam inducta sit, de modo, quo tam late proserpserit Idololatria, secum contendere cœperunt, minori quidem fructu, quam studio curiositatis. Quid enim horum omnium cognitione in melius proficimus? Christianæ pietatis est, injuriam Dei, generis nostri opprobrium, populorum interitum flere: contra vero in ejus Bonitate lætari, qui tantum ignorantix hujus tempus clementissime despiciens, misso Filio suo, hanc infernalem hydram confecit, ac teterrimam caliginem, universo jam prope in mundo, per lucem Evangelii dispulit; maxime præterea curare, ne infidelibus aliquando deteriores inveniamur. Hoc autem possis, cum velis, tamen si antea quæsitâ omnia ignores; quibus proinde immorari animi mei non est.

PUBL. Verbo saltem ut rem agas, peramanter te obsecro, ne IX.

TULL. Quandoquidem ita poscis, annuenti mihi sequentibus in Dialogis commodabis & aurem. Nam unde tam diversus eadem de re sit complurium sensus, uno numero tibi enarrare cum fructu tuo non licet. PUBL. Auscultabo tibi tam libenter, quam erudiri vehementer exopto.

## DIALOGUS II.

Variæ variorum opiniones de initio,  
atque progressu Idololatriæ

TULLIUS.

**I**Nitium idololatriæ quod spectat, esse ait celeberr. I.  
*Montsoconius*; qui, cum legerint: *Omnis quippe caro corrupe-* Antiqui-  
*rat viam suam super terram*; in cumulo omnium criminum an- tat. Tom.  
te diluvianorum citra dubium idololatriam generi humano, I.P.I. Dif-  
quis.  
ac præv. s. I.

forſitan in capite , exprobatum fuiſſe exiſtiment. Quorum ſententiæ Vir clariffimus illos haud ſatis obviare putat , qui opponunt antiquiſſimorum Patrum , cum primis Mathuſalæ , qui primam ætatis partem cum Adamo , poſtremam cum Noe traduxerat , auctoritatem obſtitiffe. Ait enim , ſi reliquis populorum vitiis reprimendis ii pares non fuerint , falſorum quoque Numinum cultum avertere non potuiſſe. Hoc porro mihi , pace tanti Viri , rite inferri poſſe non videtur ; cum & hodie in multis impiis Chriſtianiſ fides recta perſeueret , licet mortua ſit.

II. Fortius autem arguere *Montſoconius* iudicat , qui obijciunt , idololatriam , ſi diluvium anteiviſſet , ex Cainitis arceſſendam fore ; conſtare interim e Scriptura , Lamechum , ſextum a Caino , & veri Dei , & pœnæ , quam hic ob fratris cædem illi dictaverat , conſcium , ac metuentem , proinde idolatram non fuiſſe. Id vero , quod ruruſus effugere poſſis , cum dixeris , non ſequi , quod omnes , qui eadem fuerant ſtirpe , pari quoque iniquitate exſtiterint.

III.  
Dictionar. Bibl.  
lit. E. voce  
*Enos*.

Rabbini complures , juxta celeberrimum *Calmetum* , idololatriæ originem ad Enos tempora referunt ; & ubi nos legimus Genef. IV. 26. *Hic cepit invocare Nomen Domini* : vertunt illi : *Tum ceptum eſt profanari Nomen Domini* : dum videlicet creaturis , atque idolis tribueretur. Verumtamen communi Patrum , atque interpretum ſenſu , hoc loco de Enos prædicatur , primum eum cœpiſſe cæremonias , ritumque cultus divini externi publice ordinare , ut fidei confeſſio palam ab omnibus , cœtuque unanimi fieret.

IV. PUBL. Nihil itaque , ut audio , ſolidi pro Idololatria antediluviana in medium adduci hætenus potuit , in quo plurimum gaudeo. TULL. Eodem , quo *Montſoconius* , modo concludis. Occaſionem ſuo tempore idolis dediſſe plurimi putabant Imagines charorum , ac celebrium Virorum , quibus memoria eorum a morte , non cultus divini , ſed amoris , gratitudinis , ac imitationis cauſa , quacunque ratione reſtitui occeperat. Atque hinc fuiſſe , quod Hebræis in Lege Moyſis omne ſculptile tam ſevere interdictum ſit. Neque tamen & hi , præterquam quod ita conijciant , plus certi aliquid afferunt. Nonne ipſe Deus Cherubim fieri ex auro præcepit in Propitiatorio , quorum deinde plurimis  
Tem-

Templum suum Salomon exornavit ? Domini quoque præcepto Serpentem æneum exaltavit Moyfes in deserto. Quare origo idololatriæ in solas imagines conferri neutiquam posse videtur ; cum primis, quando certum est prope, antequam idola fierent, ac templa, Cælo, Soli, ac Lunæ, cui Nomen Reginae Cæli datur, velut magnis rerum Naturis, divinos honores jam sub dio per lucos & Sylvas, vel in excelsis montium, impensos fuisse.

Legitur quidem Sapiens XIV. v. 12. *Initium enim fornicationis est exquisitio Idolorum, & adinventio illorum corruptio vitæ est.* Item post paulo: *Acerbo enim luctu dolens pater, cito rapti sibi filii fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus erat, nunc tanquam Deum colere cepit, & constituit inter servos suos sacra & sacrificia.* Profecit deinde, hoc etiam cum longinguis factum esse, ut veluti præsentis coli possent ; artificum porro lucri exinde cupidorum solertia, utrumque promotum esse ; tandem Tirannorum imperio etiam in legem transiisse. Verumtamen hæc & hujusmodi de invalescente potius, quam exoriente idololatria, merito acceperis ; scelera quippe unacum vero Dei cultu, non minus olim, ac hodie, perstiterunt. Cain profecto Deum agnovit ; nihilominus tamen fratrem livente invidia occidit, quia Deus ad hujus munera, non ad sua, respexit.

Aliis apud Joann. Clericum hariolari collibuit, Cælum, Solem, Lunam, ac Stellas, elegantia sua & utilitate, quam Terræ præstant, honorem divino parem ex hominibus eliciisse, immo eam peperisse opinionem, ut Angelorum Domicilia crederentur. Viro cæteroquin Doctissimo Gerardo Vossio visum est, dum homines persuadere sibi non potuissent, tot mala ex Deo provenire, duo Principia, Boni & Mali, finxisse, unde duo Numina cœperint, quæ virtute sua plurimis rebus, bonis, aut malis, inesse crederentur. Ingenii sunt ista, sed firmis rationibus destituta. Nam contra has omnes opiniones tenet, quod initio dixeram, videlicet, quemadmodum primo homini, sic & posteris omnibus, natura congenitam & ingenitam esse sui Principii cognitionem, amore ejusdem, atque timore stipatam.

Cognitionem, inquam, omnipotentis illius Virtutis, quæ sola esset a nemine, omnia vero ab ipsa. Deinde Amorem, propter Bona, communibus apud omnes vitæ usibus necessaria. A quo

V.

VI.

Indic. Philolog. ad Hist. Philos. orient. voce Angelus.

VII.

quo enim alio aërem, per quem spirarent, lucem, qua viderent ignem, quo calefierent, aquam, per quam lavarentur, terram, qua sustentarentur, fruges, quibus victarent, sibi provenire, salva ratione, arbitrarentur, nisi ab illo principio, a quo & ipsi existerent, cum nihil in orbe sit, quod has primas naturas producere possit? Timorem e converso propter mala, quibus obrui se, vel sola bonorum subtractione formidabant, id, quod fieret, si ille ipse, qui unus largiri potest omnia, eadem offensus iratusque denegaret. Ita sentire, sana suisque viribus vigens Ratio unumquemque coëgit, & cogit. Idololatriæ itaque fatuitas, ut vix equidem ambigo, non extra, sed intra hominem, stultam simul ac impiam genelin suam accepit.

VIII.

Posteaquam nimirum miserum Genus humanum, quod sola Ratione de cæterorum animalium ignavo grege suam in speciem exaltatur, invalescente undique concupiscentia, vim Rationis quodammodo perdidit, & animale totum effectum est, ac mera caro: præsentibus duntaxat intentum, jam non amplius invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspexit, sed sensibus immersum, inde bona & mala, more jumentorum insipientium repetiit, unde sibi quam proxime advenerunt. Instrumenta operan-  
omnipotentis Bonitatis Dei ut principia rerum suspexit, & communis omnium Factoris sacrilega fatuitate obliviscebatur. Inde mirum non erat, in tanta causarum naturalium diversitate ac multitudine, quarum nulla, quod altera, poterat, tantaque pariter effectuum contrariorum copia, quorum hi commodo erant, illi detrimento, totidem quoque idola, concedendis bonis, vel averruncandis malis conficta, veneficio sensuum, qui fascinaverant, & veluti ligaverant rationem, strenue adnitente hoste nostro antiquo, condita fuisse. Et hoc animale fascinum degeneris a sua dignitate rationis veras Idololatriæ nascentis cunas fuisse rectissime censerî, fere mihi persuadeo.

IX.

PUBL. Nunc demum lampadem a te, clarissime mihi suspensam existimo, qua omne propemodum a me dubium sustulisti. Quid enim, nisi præsentium perpetuus fere intuitus, nos, in corpore mortis hujus tantopere sensibus immersos, a Divinorum contemplatione, ac spe, & exspectatione, curaque æternorum  
vel

vel etiamnum in amplissima fidei, & gratiæ luce, vehementius attamen, ac pertinacius retrahit? TULL. Ratione igitur, quæ sola Divini Spiritus capax est, qui mentibus illabitur, non sensu carnis ambulemus: nam animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei.

## DIALOGUS III.

Unde similitudo plurium Rituum apud  
varias gentes, religione maxime  
diversas?

### PUBLIUS.

**U**Num adhuc est, quod abs te cupio, Tulli Optime de modo scilicet, cultuque Religionis. Audiisse aliquando me recolo, plures opinari, nonnullos Ethnicorum qui Hebreorum conversatione, ac Scriptis utebantur, ab iisdem non pauca suam in superstitionem, additis fabularum laciniis, traduxisse. Alios e converso persuasisse sibi, plura e paganorum ritibus in cultu Deorum ad Hebreos commigrasse, & ad unius Dei cultum sanctius ordinata fuisse. TULL. Cave sis præcocem fidem. Tria in quæstionem hic veniunt, videlicet Fabulæ Poëtarum: Sacrorum, & Sacerdotiorum Ritus: Universales demum nonnullæ apud omnes prope gentes Actionum quarundam communium consuetudines. De singulis pecculiariter te docebo.

Fabullas quod attinet, Ethnica quidem Superstitio Moyse, sacrisque Scripturis, longe antiquior fuit: Homerns tamen, primus, quem novimus, & antiquissimus, ac Parens Poëtarum, Iliadem suam, & alia, annis demum fere quingentis post legem scriptam commentus est. Unde forsitan penitus inficias ire non